



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Votum VIII. quoad dispensationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

non sit data facultas commutandi. in Nou. num. 75.

Per Bullam cruciatæ possunt commutari vota emissa post eam. Nou. num. 80.

---

VOTVM VIII.

*Quo ad dispensationem.*

A **D**ESIDERIVM, & tentatio non adimplendi vota, non est sufficiens causa ad dispensandum. cap. 12. num. 11.

Votum religionis, vel peregrinandi Hierosolymam, si tale peccatum comiserit, non potest ab Episcopo dispensari, nec post adimpletam conditionem, nec antea. Votum autem non committendi tale peccatum sub pœna eundi Hierosolymam, ante impletam conditionem, vtrumque potest ab Episcopo dispensari. num. 43.

Qui vouit ingredi religionem, & perseverare, debet in petenda dispensatione vtrumque exprimere. ibidem.

Peccat qui impetrat dispensationem voti ob causam falsam & iniustam. num. 57.

B Dispensatio differt ab irritatione, & commutatione, nam irritatio non aliam causam postulat, quam voluntatem illius, qui ad irritandum habet facultatem. Dispensatio vero causam



causam iustam, & rationabile requirit, quoniam qui habet auctoritatem dispensandi, poterit omnino votum relaxare absque eo, quod loco voti aliquid iniungat vouenti, & tunc tam vouens quam qui dispensat, manet in conscientia securi. Commutatio autem, vel redemptio voti, exigit, ut id, in quod votum est commutandum, vel redimendum, sit aequè bonum aut melius, quam id quod vouit. Tunc autem aequè bonum exigitur, cum ex causa rationabili commutatur. Tunc verò melius bonum exigitur, cum sine causa, sed ex mera voluntate fit commutatio. num. 63.

Causa quæ non est sufficiens omnino ad dispensandum, sufficiens esse potest ad partim commutandum, partim dispensandum. ibidem.

Sine iusta causa non potest Papa dispensare in voto, nec dispensatus erit securus. Præl. 9. num. 11. cap. 12. nu. 76.

Nulla voto, aut iuramento detrahi potest D potestati Papæ, quominus cum iusta causa possit cum illo dispensare. num. 67. 76.

Causa, quæ impletionem voti reddit malam, inutilem, vel impeditiuam maioris boni, sufficiens est ad dispensandum. Causæ autem sufficientes ad dispensandum sunt leuitas in vouendo, imbecillitas ad implen



implendum, necessitas publica, & priuata, imò & vtilitas publica, & priuata, & alia, quæ arbitrio superioris relinquenda sunt. Si verò impedimentum implendi votum sit temporale, non debet concedi dispensatio, sed dilatio. num. 76. 77.

E Solus prælatus Ecclesiasticus potest in voto dispensare. num. 64.

Qui tantum potest dispensare, non potest commutare, neque è contra. num. 76.

Qui habet priuilegium commutandi votum, non potest dispensare neque irritare. num. 72.

F Qui vt impetraret dispensationem transcendi ex ordine mendicantium ad canonicos regulares, dimisit habitum, & impetrauit dispensationem tacendo hoc, non est tutus. ibidem.

G Solus Papa, vel alius cum potestate eius potest dispensare in quinque votis perpetuæ continentia Religionis, Ierusalem, Romæ, ac Compostellæ. Ista quinque vota reseruantur Papæ, saltem ex consuetudine. vnde inferior, qui sine licentia Papæ absoluit ab istis, incurret in excommunicationem: non quidem quicumque inferior, sed solus ille, qui prætextu concessionis confessionalium Sixti I V. absoluit, vt habetur in extrauag. etsi Dominici. num. 75. Sed hæc  
extra



extrauagans nunc nihil vel parum prodest, quoad contentum in ea principaliter, quia iam confessionalia illa desierunt. cap. 27. num. 105.

In omnibus votis (exceptis quinque) possunt Episcopi, vel iurisdictionem episcopalem habentes dispensare. Prælati verò inferiores, nō. Votum autem solemne Continentiæ, Religionis, dispensari potest à Papa, si adsit vrgentissima causa. Solus verò Papa potest dispensare in voto continentiae emissio per susceptionem ordinis sacri. cap. 12. num. 75.

Episcopus non potest dispensare in voto simplici perpetuæ continentiae, nisi esset magnum periculum incontinentiae, & non esset recursus ad Papam. num. 76. Poterit tamen dispensare in voto temporali continentiae, & etiam in voto non nubendi. ibidem.

Votum de danda Eleemosyna alicui Ecclesiae, dispensari potest, etiam sine consensu ecclesiae cui danda est. cap. 12. num. 78.

Quilibet simplex Sacerdos non poterit in voto dispensare in articulo mortis. numero 79.

Confessarij præsentati ordinis minorum, & qui participant eorum priuilegia, possunt dispensare in omnibus votis, in quibus  
Episco



Episcopi. Præterquam in voto peregrinationis ultra duas diatas. Qui autem recipit diploma Papæ concedentis facultatem ad dispensandum; debet petere dispensationem à Confessario. *ibidem*.

**L** Episcopus concedendo absolutionem à suis casibus, & censuris, non videtur concedere dispensationem votorum. in quibus ipse potest dispensare. *cap. 27, num. 255.*

---

V S V R A I.

*In se.*

**A** **V** Sura prout in materia morali sumitur, significat *lucrum proueniens ex contractu mutu.* *cap. 17, num. 206.*

Dicere usuram non esse peccatum, est hereticum. *num. 207.*

Usura est prohibita iure naturali, & diuino veteris & noui Testamenti, & humano. *ibidem.*

**B** Usura est duplex, mentalis tantum: mentalis & realis. Atque usura quidem mentalis differt à peccato mentali usuræ. hoc enim non obligat ad restitutionem. *num. 208.* Illa verò obligat. *num. 214.* & clariùs explicatur. *num. 243. §. 98.*

**C** Intentio principalis lucrandi ex mutuo  
suffi